



## **Policratici Contenta**

**Johannes <von Salisbury, Bischof>**

**Parrhisius, 1513**

Ca. xi. Quid sit v[er]e philosophari & ad que[m] fine[m] o[mniu]m  
scripturaru[m] vergat i[n]te[n]tio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](#)

ad gentes pertransirent: ut nec etiam ethiopibus omnino desint. In de sunt floridi: redolentes et fructiferi orti gentium. Quos si forte simplex lector ingreditur semper poetici illius meminerit. Qui legitis flores / & humi nascentia fraga. Frigidus o pueri fugite hinc / latet anguis in herba. Nam & poma hesperidum que draco penitentia seruat: nullus asportat ignauus: aut qui scripturas non quisi vigilans legerit: sed quasi dormitans somniauerit: ac si ad finem legendorum utens calcaribus pperet. Certum est quia fidelis lector et prudens: & qui litteris ex amore inuigilat vitia semper excludit et in omnibus accedit ad vitam. Hinc est illud doctoris doctorum hieronymi. Ama scientiam scripturarum & carnis vitia non amabis. ¶ Quid sit vere philosophari: et ad quem finem omnium scripturarum vergat intentio.

## Capitulum. XI.

**S**ecundum autem reuera philosophari est: et hic est multelectionis iocundissimum & saluberrimum fructus. Ipsa siquidem omnia rerum continet disciplinam: et omnia moderatrix vniuersis humane vite actibus / & verbis / & cogitationibus / modum & terminos ipsa constituit. Est tamen cui nec ipsa nouit terminum perfinire. Est cui in eo prescribit modum ut non habeat modum. Quicquid agit aut loquitur illuc tedit: quod apud recte philosophates non habet terminum. Nam & eius substatia in eo consistit ut illud nequaquam terminetur. Si enim summa platonem philosophus amator dei est. Quid aliud est philosophia nisi diuinitatis amor? Hoc est utique quod terminari non vult ne et ipsa quod non expedit finiatur. Quod enim finis esse desinit: et si amor dei extinguitur / philosophie nomen evanescit. Sic & incarnata sapientia dei cum multis prescribat modum: deum sine modo precipit diligendum: nisi quia charitatem modus ille prescribit / ut deus sine termino amoris diligatur. Qui enim ait. Diliges proximum sicut te ipsum. Ide presmisit. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo / ex tota mente tua / & ex totis viribus tuis. Ide quoque adiecit. In his duobus preceptis pedet tota lex & prophetae. Si ergo omnia que scripta sunt prophetis famulanus & legi. id est omnis doctrina illuc tendit ut homo subiectus sit legi dei: quis ambigit ad regnum charitatis vniuersa referri? Qui vero philosophus charitatem acquirit aut dilatat / summum philosophatus assidutus est fine. ¶ Hec est itaque vera & immutabilis philosophia: regula ut sic in omnibus legibus / aut discendis agendis / aut omitendis quisque versetur / ut perficiat charitatem. Ipsa vero nunquam inanis aut sola est: sed honestatem / modestiam cum sobrietate / pudicitiam & aliarum venerabilium virtutum ceterum in ipsum hominem quem pietati secreta

Virgilij vsus.

Hieronymus.  
De secreta dis.  
v.nunq.Mat. xxii.  
Marci. xii.  
Luce. x.

## Policratici de Curialium nugis.

Scripture de quibus in templū dñi introducit. Quicqđ aliorum vergit in arti  
vine ious.

p. cxvij.

bus siue quibusq; scripturis: nō philosophie dogmata/ s̄z manes  
fabule sunt: & figmenta eorū super quorū ipietatem ira dei de ce  
lo reuelatur/ quicquid illi garriant recte philosophanti ineptum  
videſ infipidū & insulsū. Audi nō me/ sed pphetā dicēte de ta  
libus. Narrauerūt mihi iniqui fabulationes/ sed non vt lex tua.  
Loqui ergo vera & iusta: philosophantibus & nō philosophati  
bus cōmune est. vera & falsa loqui/ bona docere & mala: nō phi  
losophatiū est. Sed & recta dumtaxat iterum docet van⁹ phi  
losophi imitator: sed qui recta q̄ docet seq̄f/ vere philosoph⁹ est.

**C** De ineptiis nugatorum qui sapiētiā verba pur  
tant. & q̄ aliter legendi sint libri diuini/ aliter genti  
les.

Capitulum. XII.

**E**rrant vtiq; & impudēter errant qui philosophiam in  
solis verbis consistere opinant. Errant q̄ virtutē v̄ba  
putant: vt lucū ligna. Nā v̄tutis cōmēdatio cōsistit  
ab opere: & sapiētiā virtus inseparabiliter comitatur.  
Vn̄ cōstat qa illi qui verbis inherēt: malūt videri q̄ esse sapien  
tes. Plateas circūunt. terūt limina doctiorū: questūculas mo  
uēt/ intricat verba: vt suū & alienū obducāt sensū: paratores v̄  
tilare q̄ examinare: si quid difficultatis emersit/ verētur tñ pde  
re impitiā suā. Iactatores sapiētie nō amatores: & id qđ nesciūt  
prauo pudore nescire q̄ querere & discē malūt: p̄sertim si assint  
alii qbus notū arbitrētūt qđ ipi nesciunt/ Fastū tñ eorū ferre nō  
poteris. De oī materia loquūtur: subito dijudicant oēs: alios cul  
pāt: seiplos p̄dicāt: iactāt se iuenisse de nouo qđ tritū est ab anti  
qs/ & testimonio librōt p̄ etates multas ad tpa nostra pductū.  
Verba multiplicant: vt sepe minus intellecti sint onere & mu  
titudine verborū: q̄ renū difficultate. Cū enī ne intelligeret effi  
cit/ arbitrat̄ se menuisse: vt pre ceteris philosoph⁹ videaf. Et se  
pe q̄ paucissima nouit p̄ponit plurima: que nec ipe pythagoras  
sufficeret explanare. Interdū eadē replicat: & reuoluit/ & qa nō  
habet quo diuertat laborat misere. Idē terit & easdē circinat au  
ras. Dū eum pcūl audiſ/ tertiu cathonē e celo miraberis cecidis  
se. Quelibet enī hominē attulisse videbis. Si pfessionē queris  
aut arte: est grāmatic⁹/ rethor/ geomet⁹/ pictor/ ali ptes/ augur/  
cenobates/ medicus/ magus. Oia nouit: & esuriēte greci lo  
ge p̄stantior. Nā & si iusser/ ibit in celū: & dedalo doctior teipm  
quo volueris in columē per mare traiciet. Accede vt docearis  
quid in scriptis suis doctores senserit diligent̄ ingre: excute l̄faz/